MORTES ILLVSTRES, ET GESTA EORVM DE SOCIETATE IESV

Qui in odium fidei, pietatis, aut cuiuſcunque virtutis, occa-
ſione Miſſionum, Sacramentorum adminiſtratorum,
fidei, aut virtutis propugnatæ; ab Ethnicis,
Hæreticis, vel alijs, veneno, igne, ferro,
aut morte alia necati, ærumniſùe
confecti ſunt.

Es del Colegio R.l de la Comp.a de IHS de Salamanca y de la librería

AVTORE
PHILIPPO ALEGAMBE
BRVXELLENSI
EX EADEM SOC. IESV.

Extremos aliquot annos, morteſque illuſtres vſque ad
Annum MDCLV. adiecit

IOANNES NADASI
EIVSDEM SOCIETATIS IESV.

1a
28060
Num 18. Caxo ... 5. num. 4.

ROMAE, Anno MDCLVII.
Ex Typographia Vareſij.
SVPERIORVM PERMISSV.

EMINENTISSIMO PRINCIPI
IOANNI DE LVGO
SOC. IESV
S. R. E. TIT. S. BALBINAE PRESBYTERO CARDINALI FEL.

XVNVS in Chinarum annalibus Imperator, *terrarum orbem* è gemmis perſcitè fabrefactum cælo *dedicaturus*, illum in media gemmei cæli ſphæra ſuſpendit. Eccleſia, ſacer quidam veluti mundus eſt: cuius *Eminentiſſima* portio, id eſt cæli, ſunt ij, quos inter Tu quoque ſuſpiceris, Cardinales, tanquam *cardines orbis terræ*. Nulla pars orbis vacat, è qua grandia Catholicæ fidei aſſertæ documenta non veniant, *morteſque illuſtres*. Nam *in omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum*, quos hìc, velut pictum ſanguine orbem terræ, Tibi dedico, Eminentiſſime Cardinalis: quorum etiam ſanguinis vox clara eſt, & ſonora; ſicut voce clamantis ſui ſanguinis *Abel defunctus adhuc loquitur*. Horum certè ſudor & ſanguis *non conferetur tinctis Indiæ coloribus*. Mors, illuſtris heroinæ inſtar pingebatur Aegyptijs, arcu gemmeo, ſagittis argenteis aureiſque inſtructa: at *mortes hæ illuſtres*, earumque gloria, *non conferetur lapidi Sardonycho pretioſiſſimo, vel ſapphiro; non æquabitur ei aurum*. Aureum pomum habuit Macedo ille magnus (ſi vera perhibent Antiquarij) conflatum è *minimis* particulis eius auri quod ei è tributis *omnium orbis terræ partium* veniebat. In hocce volumine, annis varijs velut nuncijs, Europa, Aſia, Africa, America tot Tibi auri verè puri ac igne vario examinati mittit particulas, quot è *minima* Societate IESV purpureas virtutum effigies Tibi offert manu mea quidem, ſed nomine plùs quàm meo. *Mithridates* (aiebat vetus illa imaginis ab Autore non ſuo Muſis dedicatæ inſcriptio) *Muſis imaginem Platonis dicauit; Silanionis opus*. Dedico & ego Tibi has plus quàm trecentorum (& hos inter plus quàm ducentorum Patrum) cæleſtis philoſophiæ Heroum imagines; non meum, ſed *Philippi Alegambe*, chari Tibi nominis, *opus*; qui poſthumi huius operis, ſiue Mundi huius purpurei, ſeu pictor, ſeu Coſmographus, ſeu Atlas fuit.

Prou. 8.26. *Iob* 9.13. 1. *Reg.* 2.8.
Pſ. 18.5.
Hebr. 11.4.
Iob 28.16.
Iob ibid.
Melch. Inchof. Ann. Eccl. Hung. anno 1013.
in vita Platonis initio operum eiuſdem.

tot in Societatem (ac potiſſimùm in Romanum Collegium, atque in hanc, in qua hæc ſcribo, & in qua hæc lucubrata ſunt, Profeſſorum Domum) beneficentiſſimæ beneuolentiæ argumenta profecta ſunt; ita vt habeat etiamnum ſuos in Te adhuc ſpirantes *Toletum, Bellarminum, Pazmannumque* Societas. *Scipio Æmilianus* (non mea hæc verba ſunt, verùm à me ad Te attemperatè delineandum adducta) *vir auitis paterniſque virtutibus ſimillimus, omnibus dotibus ingenij ac ſtudiorum Eminentiſſimus ſeculi ſui, nihil in vita, niſi laudandum, aut dixit, aut fecit, aut ſenſit.* Auita Tibi, & nobilia paterni *De Lugo*, ac materni *de Quiroga* nominis decora nouit Hiſpalis, & Madritum: ſed Tu religioſus verè Melchiſedech, omnem conſanguinitatis colorem, & clara nomina in cæleſtes curas immigrare iuſſiſti. Nulla in Te frontis, verborum, aut morum affectatio; magna Eminentiſſimi pectoris erga nationes omnes propenſio, & amplitudo; mens æquabiliter placida quadam æquilibritate ſibi ſemper ſimillima, citra vllam affectati ſupercilij oſtentationem. Currum illum quo ad capeſſendam Romanam purpuram vehebaris, dolenter, *mortuale feretrum* appellaſti; nempe conſcius periculorum plurium vno illo in ſplendore latentium. Vnde huc pertinere poteſt illud S. Iſidori Hiſpalenſis ciuis tui: *Murex lachrymas coloris purpurei emittit, ex quibus purpura tingitur.* In hac Tua purpura dum velut Geographicam hanc mundi, domeſtico, vario, & fideli ſanguine picti mappam depono, id facio quod Sanctus olim Ennodius maiorum geſta Regiæ Theoderici purpuræ velut inuoluens: eiuſdemque verbis Te rogo; vt *parentum noſtrorum, qui* (in odium fidei, pietatis &c. cæſi, ærumniſue confecti) *occubuerunt, apud Te benè acta ſeruentur.* Hæc enim eiuſmodi ſunt, vt cum Philone *meritò quis dicere poſsit; leges ſcriptas nihil aliud eſſe quàm Vitarum Patrum Commentarios quibus eorum dicta, factaq; narrantur.* Vale immortalitati: cui te ſeruet incolumem illa *Bonitas eminentiſsimè bona cuncta tranſiliens.* Romæ in Domo Prof. Soc. Ieſu 13. Maij 1660.

Vell. Paterc. hiſt. lib. 1. pag. 13.

lib. 12. origінum c. 6. p. 108.

in Panegyr. Regis Theoderici.

tomo 1. lib. de Abraham initio.

S. Dionyſ. de diu. nom. c. 1. parte 1.

Eminentiæ Tuæ Reuerendiſſimæ

minimus in Chriſto ſeruus

Ioannes Nadaſi.

PHILIPPI ALEGAMBE
BRVXELLENSIS E SOCIETATE IESV

MORTES ILLVSTRES,
ET GESTA EORVM

ex eadem

SOCIETATE IESV

Qui in odium fidei, pietatis &c. ab Ethnicis, Hæreticis, &c. ſunt occiſi, ærumniſuè confecti.

PARS SECVNDA.

AB ANNO MDC.

ROMÆ, Ex Typographia Vareſij. Anno MDCLIX.
SVPERIORVM PERMISSV.

PHILIPPI ALEGAMBE
BRVXELLENSIS
E SOCIETATE IESV
MORTES ILLVSTRES,
ET GESTA EORVM
ex eadem
SOCIETATE IESV
Qui in odium fidei, pietatis &c. ab Ethnicis, Hæreticis, &c. ſunt occiſi, ærumniſuè confecti.
PARS TERTIA,
Ab Anno ſeculari confirmatæ à Paulo III. Pont. Max. Societatis IESV qui eſt MDCXL.

IOANNIS NADASI
SOCIETATIS IESV

MORTES ILLVSTRES, ET GESTA EORVM

ex eadem

SOCIETATE IESV

Qui in odium fidei, pietatis &c. ab Ethnicis, Hæreticis, vel alijs, veneno, igne, ferro, aut morte alia necati, ærumnisùe confecti ſunt.

PARS QVARTA

Extremos aliquot annos complexa vſque ad Annum MDCLV.

Acceſſere paralipomena quorundam antehac omiſſorum, & Indices.